

Nympha Egeria in fontem mutatur

Ut fabulae narrant, Numa, secundus rex Romanorum, uxorem duxit nympham Egeriam. Consiliō uxoris Numa Latiales¹ sacra² docuit et gentem adsueta feroci bello ad artes pacis traduxit³. Post multos annos regnum et vitam Numa amisit; tum coniunx eius Egeria urbem reliquit et in densis vallibus Aricinae⁴ silvae latuit⁵. Ibi dies noctesque ploravit viri mortem; nymphe silvarum miserae Egeriae multa verba dixerunt ut eam consolarentur, Egeriam tamen recreare⁶ non potuerunt. Hippolytus quoque, Thesei filius, in silva Aricina vivebat et miserae nymphe dixit: «Mala fortuna non tantum tua est; vide et considera similia fata aliorum et praesertim⁷ fatum meum», et narravit de miserrima sorte sua. Ille enim eiectus est ex urbe Athenis a patre Theseo: nam Phaedra, uxor Thesei, Hippolytum false accusaverat, ut pater eum eiceret vel necaret. Cum iuvenis in ora maritima ibat, immanis taurus ex undis maris emerit et infelicem Hippolytum petivit; corpus eius totum laceratum est et ossa fracta sunt. Diana, quae Hippolytum amabat, Apollinem oravit ut

¹ Latiales = ii qui in Latium vivebant

² Sacer, a, um = neutro pl. sostantivato, “riti”

³ Traduco, is, ere = trans + duco, “condurre, portare” esprime l’idea del passaggio

⁴ Aricinus, a, um < Aricia, ae (oppidum in Latium situm)

⁵ Lateo, es, ere = se occultare, occultari

⁶ Recreo, as, are = rincuorare, rinvigorire

⁷ Praesertim = maxime

iuvenem servaret; itaque novam vitam novumque nomen, Virbium⁸, ei dedit. Neque tamen aliena damna Egeriae infelicitatem levare potuerunt et nympa semper in lacrimis iacuit. Tandem Diana, nymphae dolore mota, Egeriam in gelidum fontem mutavit et eius membra in aeternas undas solvit.

(Anna Bongiorno)

⁸ Virbius (< vir + bis) per il poeta Ovidio è il nome dato ad Ippolito dalla dea Diana, che lo fece rinascere grazie ad Asclepio e gli diede vita immortale; è anche annoverato come mitico re della città di Ariccia.